



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Wvlfrannvs E. 20. Mart.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

168 *Vita Sanctorum.* 20. M A R T.

Aidanum Episcopum cælo vidi subire.
Posthac inter Religiosos cùm hospitū
curam haberet, inter hos aliquando
Angelum numeravit. Nocturnas Vene-
ris faces sæpius rigidibus aquis mer-
sus collo tenuis extinxit. Episcopus
Lindisfarnensis, altero statim anno li-
bentiū infulam posuit, quām sumpsit.
Mira quæ patravit plurima alia narrat,
& inter hæc feras abactas à pascuis, ab
agris aves, ex corporibus tortores dæ-
monas, corpus quoque ejus post annos
quadringtonos decemque & octo inte-
grum mirantur. At me judice majus
miraculum tu facies juventus, si vel
pauculos illos annos, quibus vives, in-
tegrum corpusculū servabis. Ex Beda.

S. WVLFRANNVS E. 20. Mart.

WVLPHRANNVS est Senonum
Pont, idemq; Frisiorū Apostolus.
Ad hos cùm mari contenderet, & Mi-
nistro sacer calicis orbis imprudenti in
undas excidisset, jussit brachium hunc
in aquas tendere. Tendenti continuò
orbis, spectatores Christo adhæserunt.
Morem vel Gente suâ barbarum ma-
gis, quo victima Diis improbis juvētus
innocens cadebat, non uno miraculo
antiquavit. Nam & suspensum puerum
à laqueo absolvit, &, ut geminis aliis,
qui mari exstanti præda expositi fue-
runt, succurreret, sicco pede undas per-
ambu-

R T.
oire.
pitū
ndo
ene-
ner-
opus
o li-
osit,
rāt,
, ab
dæ-
nos
nte-
nus
vel
in-
tā.
art.
m-
lus.
Mi-
i in
nc
nuò
nt.
na-
tus
ulo
um
iis,
ue-
per-
ou-

20. M A R T. *Vita Sanctorum.* 169
ambulavit, & dextrâ hunc, illum sinistrâ molliter prehensos ad litus eduxit, mox meliore aquâ, & Christiano ex more mersos matri restituit incolumes. Atque his miris filium etiam Ducis Radbodi ad Christum pertraxit, sed nō Radbodus ipsum. Nimirum jam sacris undis etiam iste admovendus, cùm ex WVLPHRANNO intellexisset, Majores suos, Duceſque Frisorum omnes (qui quidem superstitioni dediti fuissent) inferis damnatos esse, exclamavit improbo joco, malle ſe cum pluribus & Majoribus suis etiam apud inferos, quām ſine hiſ, & cū pauculis aliis apud Superos degere. In hāc ſententiā ludi- bria dæmonis mali firmarunt, qui au- reos illi montes, certè aurea palatia pollicitus eſt. Et jam iverat legatus à Radbodo missus, qui Deorum munera inspiceret: jam inspecta probaverat o- culus fascinatus, cùm ſocius, quem WVLPHRANNVS addidit, vana ædi- ficia unico ſigno crucis omnia deſtru- xit. Radbodus interea prius, quām nun- tii redirent, ad illos ſuos plures abiit. *Ex Lippeloo.*

B. AMBROSIUS SANSEDONIUS C.
20. Martii.

S Enis ortus AMBROSIUS SANSE-
DONIUS natalem noctem commu-
nem cū D. Thoma & Iacobo Meva-

L 5 niensi